

latim multo minus angustatis ideoque multo obtusioribus, dorso longius et copiosius nigro-pilosus. Ab *A. Dahli* Richt. imprimis tomento griseo per totam superficiem elytrorum aequabilius diffuso, elytris parallelis, apice obtusiusculis, usque ad apicem longius et densius (fere ut in *A. sicula* Gnglb.) nigro-pilosus jam facile dignoscenda.

Meritissimo monographo *Cerambycidarum* faunae palaearecticae L. Ganglbauer, Vindobonensi, dedicata.

#### 9. *Agapanthia persica*, sp. n.

*A. Dahli* Richt. proxime affinis; differt solummodo: statura graciliore, antennarum scapo et praesertim articulo 3° magis elongatis, vitta mediana capitis thoracisque angustiore et minus determinata, hoc magis elongato, latitudine haud breviore, antice minus angustato ideoque magis cylindrico, scutello sat fortiter impresso minus dense tomentoso, elytris proportionaliter paulo longioribus et gracilioribus, minus dense maculatim tomentosis, paulo crebrius punctatis, brevius et parcus in triente basali nigro-pilosus, sterno et praecipue abdomine minus dense tomentosis, hoc distincte regulariterque denudatim nigro-punctato, segmentis tribus basalibus in medio marginis postici spatio polito praeditis.— Ceterum cum *A. Dahli* omnino congruens.

♂. Antennis longitudinem corporis sesqui saperantibus.

♀. Antennis longitudinem corporis vix  $1\frac{1}{4}$  superantibus.

Long. 16—21 mm.

*Persia borealis* sine indicatione loci (W. Petersen).—3 specimenia (2♂, 1♀) in coll. P. a Semenow.

Hanc speciem ill. L. Ganglbauer nomine «*A. Dahli* Richt. var.??» in collectione P. a Semenow olim designavit.

*Animadversio.* *Agapanthia nigriventris* Waterh.<sup>9)</sup>, quae fortasse etiam in Persia septentrionali occurrit, ob corporis

formam et colorem nec non nonnulla alia signa *Agapanthiae Kirbyi* Gyllh. similis est, ergo ab *A. persica* m. facillime distinguenda.

#### 10. *Phytoecia mucida*, sp. n.

Major, validiuscula, nigra, tota (prothorace pedibusque pro parte exceptis) tenuiter denseque virescenti- seu glaucescenti-cinereo-tomentosa, tomento praecipue in elytris densissimo, cum mucore multum similitudinis praebente; prothoracis fascia lata mediana postice profunde trisinuata nec non femorum omnium tibiarumque 4 anteriorum latere externo testaceis. Antennis apicem elytrorum haud attingentibus, sat fortiusculis, apicem versus in sexu utroque distincte attenuatis, articulo ultimo apice subacuminato, scapo sat crasso, simplici, articulo 3° primum non, quartum vix superante. Mandibulis integris et acutis. Capite ampio, in ♂ toto (fronte denudata excepta) pilis tenuibus erectisque griseis sat copiose (praesertim in vertice) obsito, vertice praeterea glaucescenti-cinereo-tomentoso, in ♀ maxima ex parte glabro (semperne?), vertice et occipite sat crebre sed non profunde et fere variolose punctatis, sulco longitudinali omnino destitutis, fronte convexiuscula microscopice coriacea, leviter subnitida, minus confertim subtiliusque punctata; genis articulum 2<sup>nd</sup> antennarum paulo superantibus; oculis profunde emarginatis, fere divisus. Prothorace brevi et fortiter transverso, longitudine duplo latiore, lateribus inde a basi usque ad  $\frac{2}{3}$  valde dilatato ibique summam latitudinem caput distincte superantem attingente, apice abrupte lateque constricto et trans totam superficiem late subdepresso; basi vix constricto et secundum marginem basalem obsolete subsulcato; disco majore pro parte denudato, vadose et obsolete sed sat crebre punctato, subopaco, tuberculis laevibus nigris tribus in medio in triangulum dispositis nec non singulo tuberculo minus evoluto utrinque supra marginem lateralem sito ornato; margine laterali utrinque usque ad strangulationem apicalem distincte et fere carinatum calloso. Scutello transverso postice

<sup>9)</sup> Waterhouse: Trans. Linn. Soc. Lond., (2 ser.), Zool., V. 3, 1889, p. 130; tab. XIV, f. 16.